

# Grundkenntnisse Latein

(in 10 Lektionen)

## 1

1. Rōmānī ad oppidum veniunt. 2. Caesar Q. Pedium lēgātum in Galliam mittit. 3. Gallī frūmentum ex agrīs in oppida comportant. 4. oppidānī lēgātōs ad Labiēnum mittunt. 5. Vénetī bellum parāre īnstituunt. 6. Rhēnus populī Rōmānī imperium finit; īnfluit in Ōcéanum. 7. Caesar lēgātīs tribūnīsque perīculum ostendit. P. Sulpicium Rūfum lēgātum cum praesidiō relinquit. 8. ex locō idōneō Rōmānī tēla iactant.

9. réliquī sē cōfirmant et in vallō cōsistere audent. 10. Labiēnus prīmum suum, deīnde aliōrum equōs rémovet et tunc proelium committit. post proelium agrōs Gallōrum vāstat et multōs virōs abdūcit. 11. mittit prīmō Brūtum cum legiōnāriīs, post cum aliīs C. Fabium lēgātum; postrēmō ipse íntegrōs subsidiō\* addūcit. 12. nostrī magnum numerum Gallōrum occīdunt, réliquōs tēlīs repellunt.

\* vgl. Sie VI im Grammatikteil! Hilfen finden Sie zu jeder Lektion immer am Ende des jeweiligen Grammatikteils.

## 2

1. Galba sententiās tribūnōrum exquīrit. 2. Belgae vīcōs aedificiáque incendunt atque cōpiīs suīs ad castra Rōmānōrum contendunt. 3. Rōmānī castra pōnunt et vallō fossāque mūniunt. 4. Gallī ex locīs apertīs in silvās sē recipiunt. 5. cōnsilia Gallōrum subita et repentīna sunt. 6. reliquī Belgae in armīs sunt, et Germānī, quī cis Rhēnum íncolunt, sē cum Belgīs coniungunt. 7. P. Sextius Baculus, quī prīmam centuriam dūcit, arma capit atque in portā cōsistit.

8. etiam ad impedīmenta diū pūgnant, proptéreā quod prō vallō carrōs Gallī oppōnunt et ē locō ēditō in nostrōs tēla iactant et multōs vulnerant. 9. Iccius Rēmus magnā grātiā inter suōs est. 10. Rhódanus prōvinciam nostram ab Helvétīīs dīvidit. 11. reliquī sē fugae mandant atque in proximās silvās sē abdunt. 12. Rēmī parātī sunt imperāta facere et Rōmānōs oppidīs recipere et frūmentō iuvāre. 13. T. Pullō et L. Vorēnus, fortissimī virī, perpetuās inter sē contrōversiās habent et dē locō contendunt.

### 3

1. mediā nocte Caesar sagittāriōs et funditōrēs subsidiō oppidānīs mittit. 2. Caesar oppidum ex itinere oppūgnat, quod vacuum ab dēfēnsōribus est. 3. *Die Römer nähern sich mit ihrem Heer dem Gebiet der Belger.* prīmī Belgārum Rēmī ad Caesarem lēgātōs mittunt. 4. Caesar explōrātōrēs centuriōnēsque praemittit, quī locum idōneum castrīs dēligunt. 5. Nervii hominēs ferī magnaēque virtūtis sunt; increpitant et incūsant cēterōs Belgās, quī sē populō Rōmānō dēdunt et patriam virtūtem prōiciunt. 6. Caesar duās legiōnēs novās cōnscrībit et, initiō aestātis in Galliam quī dēdūcit, Q. Pedium lēgātum mittit.

7. *In der Antike ruhten im Winter die Kampfhandlungen und wurden erst im Frühling wieder aufgenommen.* ipse, cum prīmum pābulī cōpia est, ad cōpiās venit. 8. plūrimum inter Belgās Bellovacī et virtūte et auctōritāte et hominum numerō valent. 9. *Die Häduer stehen auf Seiten der Römer, Diviciacus ist ihr Anführer und Caesars Freund.* Caesar Bellovacōs Dīviciācī et Haeduōrum causā cōnservat et, quod est cīvitās magnā inter Belgās auctōritāte atque hominum multitūdine praestat, sescentōs obsidēs pōscit. 10. equitēs Trēverōrum, quōrum inter Gallōs virtūs est singulāris, quī auxiliī causā ad Caesarem veniunt, domum contendunt.

### 4

1. flūmen est Arar, quod per finēs Haeduōrum et Sēquanōrum in Rhódanum īnfluit, incrēdibilī lēnitāte. 2. mīlitēs propter propinquitātem et celeritātem hostium Caesaris imperium nōn exspectant, sed per sē necessāria administrant. 3. *Die Einleitung des Bellum Gallicum:* Gallia est omnis dīvīsa in partēs trēs, quārum ūnam incolunt Belgae, aliam Aquītānī, tertiam, quī ipsōrum linguā Celtae, nostrā Gallī appellantur. hī omnēs linguā, īnstitūtīs, lēgibus inter sē differunt. Gallōs ab Aquītānīs Garunna flūmen, ā Belgīs Mātrona et Sēquana dīvidit. hōrum omnium fortissimī sunt Belgae, proptereā quod a hūmānitāte prōvinciae longissimē absunt proximīque sunt Germānīs, quī trāns Rhēnum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

quā de causā Helvētiī quoque reliquōs Gallōs virtūte praecedunt, quod ferē cotīdiānīs proeliīs cum Germānīs contendunt. 4. *Im Jahr 52 v.Chr. verlassen die Häduer das Bündnis mit den Römern und schließen sich dem Aufstand der Gallier unter Vercingetorix an.* dēfectiōne Haeduōrum bellum augētur. lēgātīōnēs in omnēs partēs mittuntur.

5. equitēs nostrī levisque armātūrae peditēs rūsus in aliam partem fugam petunt et cālōnēs, quī ab decumānā portā ac summō colle hostēs in castrīs nostrīs vident, fugae sē mandant. 6. mīlitēs duārum legiōnum, quae in novissimō agmine praesidiō impedīmentīs sunt, ab hostibus cōspiciuntur. 7. Caesar in finēs Ambīanōrum pervenit, quī sē suaque omnia sine morā dēdunt.

## 5

1. Caesar per Nervīōrum finēs trīduum iter facit et invenit ex captīvīs: "Sabis flūmen ā castrīs tuīs nōn amplius mīlibus passuum decem abest. trāns id flūmen omnēs Nervīi adventum Rōmānōrum exspectant unā cum Atrebatibus et Viromanduīs, finitimīs suīs. exspectantur etiam ab iīs Atuaticōrum cōpiae atque sunt in itinere. mulierēs quīque per aetātem inūtilēs videntur, in eum locum coniciunt, quō propter palūdēs exercituī aditus nōn est." 2. ex dēditīciīs Belgīs reliquīsque Gallīs complūrēs Caesarem sequuntur et ex iīs quīdam eōrum diērum cōnsuetūdinem itineris exercitūs nostrī perspiciunt. iī nocte ad Nervīōs perveniunt et iīs dēmōnstrant:

"inter singulās legiōnēs impedīmentōrum magnus numerus intercēdit et facile est, cum prīma legiō in castra venit reliquaeque legiōnēs magnum spatium absunt, eam sub sárcinīs adorīrī." 3. *Die Feinde verlassen ihr Lager:* hostēs secundā vigiliā magnō cum strepitū ac tumultū castrīs ēgrediuntur. eam rem Caesar statim per explōrātōrēs cōgnōscit et īnsidiās verētur. itaque exercitum equitātumque castrīs cōntinet. prīmā lūce omnem equitātum praemittit. T. Labiēnus lēgātus cum legiōnibus trībus sequitur. iī hostēs adoriuntur et multa mīlia passuum persequuntur.

## 6

1. *Caesar wird schriftlich von einer Verschwörung der Belger benachrichtigt.* Caesar hīs nuntiīs litterīsque commōtus duās legiōnēs novās cōnscrīpsit. 2. Orgetorix regnī cupiditāte inductus coniuratiōnem nōbilitātis fēcit. 3. celeritāte Rōmānōrum permōtī Gallī lēgātōs ad Caesarem mīsērunt. 4. T. Labiēnus castrīs hostium potītus et exercitum eōrum cōnspicātus decimam legiōnem praemisit. 5. Caesar Rēmōs cohortātus liberāliterque oratiōne prosecūtus omnem senātum ad sē ēvocāvit prīncipumque liberōs obsidēs

popōscit. 6. Caesar lēgātīs pācem et amīcitiā petentibus liberāliter respondit.

7. mīlitēs Gallōs flūmen trānāre cōnantēs īnsecūtī magnā partem eōrum concīdērunt.

8. omnēs Belgārum cōpiae ūnum in locum coactae ad Caesarem vēnērunt. 9. *Der Remer Iccius hat Gesandte zu Caesar geschickt und um Hilfe gebeten, weil seine Stadt belagert wird.*

eō Caesar mediā nocte īisdem ducibus ūsus, quī nuntiī ab Icciō vēnērunt, Numidās Balearēsque subsidiō oppidānīs mīsīt. 10. hostēs impedītōs nostrī in flūmine aggressī magnum numerum eōrum occīdērunt. reliquōs per eōrum corpora audācissimē trānsīre cōnantēs multitudīne tēlōrum reppulērunt prīmōsque equitātū circumventōs interfēcērunt.

11. hī novissimōs adortī et multa mīlia passuum prosecūtī magnā partem fugientium concīdērunt. 12. equitēs nostrī cum funditōribus sagittāriīsque flūmen trāngressī cum hostium equitātū proelium commīsērunt.

## 7

1. Caesar ponte factō exercitum Rhēnum trādūcēbat. 2. omnibus aedificiīs incēnsīs statim ad castra Caesaris contendēbant. 3. hīs datīs mandātīs eum dīmittit. 4. hostēs vadīs repertīs partem suārum cōpiārum trādūcere cōnantur. 5. Belgae paulisper ad oppidum morātī agrōsque Rēmōrum dēpopulātī omnibus vīcīs aedificiīsque incēnsīs ad castra Caesaris omnibus cōpiīs contendērunt et ā mīlibus passuum minus duōbus castra posuērunt. 6. hāc rē statim per speculātōrēs cōgnitā īnsidiās veritus exercitum equitātumque castrīs continuit. 7. oppidum ex itinere oppūgnāre cōnātus, quod vacuum ab dēfēsōribus erat, propter lātitudinē fossae mūrīque altitudinē paucīs dēfendentibus expūgnāre nōn potuit.

8. *Die Bewohner einer Stadt wollen kapitulieren. Sie werden aufgefordert, ihre Waffen auszuliefern und die Stadttore zu öffnen.* armōrum magnā multitudīne dē mūrō in fossam, quae erat ante oppidum, iactā et tamen circiter parte tertiā cēlātā atque in oppidō retentā portīs patefactīs eō diē pace ūsī sunt. 9. *Die Schlacht gegen die Nervier droht, in einer Katastrophe zu enden.* omnibus centuriōnibus quārtae cohortis occīsīs, sīgniferō interfectō, sīgnō amissō, reliquārum cohortium centuriōnibus aut vulnerātīs aut occīsīs, in hīs prīmipīlō P. Sextiō Baculō, fortissimō virō, multīs gravibusque vulneribus cōfectō, Caesar scutō ūnī ab novissimīs dētractō, quod ipse eō sine scutō vēnerat, in prīmam aciem prōcessit. eius adventū redintegrātō animō mīlitibus paulum hostium impetus tardātus est.

## 8

1. decima legiō per tribūnōs mīlitum Caesarī grātiās ēgit, quod dē eā optimum iūdicium fēcerat. decima legiō per tribūnōs mīlitum Caesarī grātiās ēgit, quod dē sē optimum iūdicium fēcisset. 2. Labiēnō mandat, ut in finēs Rēmōrum contendat eōsque in officiō contineat. 3. Bellovacī lēgātōs ad Caesarem mittunt et petunt, ut clēmentīā ac mānsuētūdine suā in sē utātur. 4. dat negotium Senonibus reliquīsque Gallīs, quī finitimī Belgīs erant, ut ea, quae apud eōs gerantur, cōgnōscant sēque dē hīs rēbus certiōrem faciant. 5. Labiēnō ā Caesare imperātum est, nē proelium committeret, nisi ipsius cōpiae prope hostium castra vīsae essent.

6. equitātum in Aquitāniam mīsīt, nē ex hīs nātiōnibus auxilia in Galliam mitterentur. 7. *Nach dem ersten Kriegsjahr, in dem Caesar die Helvetier und die Germanen unter Ariovist besiegt hat:* Belgae verēbantur, nē omnī Galliā pācātā ad sē exercitus noster addūcerētur. 8. duābus legiōnibus, quās proximē cōnscrīpserat, in castrīs relictīs, ut, sī opus esset, subsidiō dūcī possent, reliquās sex legiōnēs prō castrīs in aciē cōstituit. 9. primā lūce cōfirmātā rē ab explorātōribus omnem equitātum, quī agmen novissimum hostium morārētur, praemīsīt. 10. cotīdiē equestribus proeliīs, quid hostis virtūte posset et quid nostrī audērent, perīclitātur.

## 9

1. *Der Hinterhalt der Nervier aus Lektion 5:* ubī primā impedīmenta exercitūs nostrī ab iīs, quī in silvīs ábditī erant, vīsa sunt, ita, ut intrā silvās ōrdinēs cōstituerant, subitō prōvolāvērunt impetumque in nostrōs equitēs fēcērunt. hīs facile pulsīs ac proturbātīs incrēdibilī celeritāte ad flūmen dēcucurrērunt, ut paene ūnō tempore et ad silvās et in flūmine hostēs vidērentur. 2. cum dē imprōvīsō celeriusque omnium opiniōne ad finēs Belgārum vēnisset, Rēmī, quī proximī Galliae ex Belgīs sunt, ad eum lēgātōs primōs cīvitātis mīsērunt. 3. *Die Belger haben ein riesiges Heer zusammengezogen, können es aber auf Dauer nicht zusammenhalten und beschließen deshalb, erst einmal in die Heimat zurückzukehren und bei einem römischen Angriff wieder zusammenzukommen.* secundā vigiliā magnō cum strepitū ac tumultū castrīs ēgressī nullō certō ōrdine neque imperiō, cum sibī quisque primū itineris locum peteret et domum venīre properāret, fēcērunt, ut cōnsimilis fugae profectiō vidērētur.

4. quod hostibus appropinquābat, cōnsuētūdine suā Caesar sex legiōnēs expeditās dūcēbat. 5. *Die Lage der Römer ist bedrohlich. Da treffen neue Truppen ein.* hōrum adventū tanta rērum commūtātiō est facta, ut nostrī proelium redintegrārent. 6. hostēs tantam virtūtem praestitērunt, ut, cum prīmī eōrum cecidissent, proximī iacentibus īnsisterent atque ex eōrum corporibus pūgnārent. 7. Atuātucī erant ex Cimbrīs Teutonisque prōgnātī; quī cum iter in provinciam nostram facerent, iīs impedimentīs, quae sēcum agere atque portāre nōn poterant, citrā flūmen Rhēnum dēpositīs custōdiae ac praesidiō sex mīlia hominum reliquērunt.

## 10

1. Caesar litterīs Labiēnī certior fiēbat omnēs Belgās contrā populum Rōmānum coniūrāre obsidēsque inter sē dare. 2. Caesar honōris Diviciācī atque Haeduōrum causā sē eōs in fidem receptūrum et cōservātūrum esse dixit. 3. *Die Reiter der Treverer wollen die Römer unterstützen, kommen aber zu spät.* equitēs Trēverōrum Rōmānōs pulsōs superātōsque, castrīs eōrum hostēs potītōs cīvitātī renūntiāvērunt. 4. Caesar cum septimam legiōnem urgērī ab hostibus vīdisset, tribūnōs mīlitum monuit, ut paulātim sēsē legiōnēs coniungerent. 5. Atuātucī ubī turrim movērī et appropinquāre moenibus vīdērunt, novā et inūsitatā speciē commōtī lēgātōs ad Caesarem dē pāce mīsērunt.

6. Caesar Rēmōs cohortātus omnem senātum ad sē convenīre prīncipumque liberōs obsidēs ad sē addūcī iussit. 7. sub vesperum Caesar portās claudī mīlitēsque ex oppidō exīre iussit, nē quam noctū oppidānī ā mīlitibus iniūriam acciperent. 8. Bellovacī cum sē in oppidum Bratuspantium contulissent atque ab oppidō Caesar circiter mīlia passuum quīnque abesset, omnēs maiōrēs natū ex oppidō ēgressī manūs ad Caesarem tendere et vōce sīgnificāre coepērunt sēsē in eius fidem ac potestātem venīre neque contrā populum Rōmānum armīs contendere.